

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

IV. Eorum conatus; & Catholiconum oscitantia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

regnii huius, quod opibus & potentia paucis olim cessit, at funebris Ferdinandi & Ioannis Transylvaniæ VVaiuodæ, eiusque filii Stephani contentiobus ad extremas miseria sedactum est, statum pluribus explicare; sed propositum mihi operis li- neamenta sequuntur, ea tantum modo exponam ex quibus intelligi possit, quomodo Hæresis in regnum hoc subingressa, recepta & aucta sit, & quantas turbas, eisque annexam longam etiamnum du- rantium malorum Iliadem inuixerit, sub quibus illa mirum est in quantum excruerit robur. Ne- que enim Hæresis ea loca amat, vbi pax est & quies; sed ut anguilla luto, & scabæfimo, sic ipsa bellis & seditionibus se inuoluit & regit. Numquam illa iter ingreditur, nisi præmissis discordia & rebellione tamquam hospitijs designatoribus. Sed age, totam hanc telam continuo & historico filo peitexamus.

II. Ludovico Hungariz rege miserabiliter ex- finito ad Mohacium, Ioannes Sepusius Transylvanus Princeps ab optimatibus quibusdam & sua factione hominibus Rex fuit electus: sed Ferdinandus regnum hæreditario iure (ut pote ex Anna Sorore Ludouici ultimi Hungaria è clauca gente Regis natu) sibi deberi contendebat. Et ille qui- dem quum suis viribus defendere se non posset, in Turcarum Imperatoris fidem & tutelam, cum maxi- mo Christianæ Reipublicæ damno, & extrema regni petnicie, fæse dedit; hic vero Husitatem & Lutheranorum opera ad bellum hoc vsus, nihil aliud quam viatoriam & regni acquisitionem spe- cians, nouæ religioni aditum aperuit. Nulla ta- men insignis mutatio accidit, vtque ad annum cir- citer M. D. XL. quo Lazarus Suedius cum Germanis milicibus à Ferdinandino conductus. Agricam, Solnocom, Toccatum, & complura alia oppi- da, adeoque omnem fere regionem Tibisco flu- uio adiacenter Transylvano eripuit; & expulsis passim Catholicis Pastoribus, Lutheranos substi- tuit. Sic ergo coacti Catholicæ, sub Turcis perfur- gium sibi quæsuerunt, à quibus & recepti sunt, permisla religionis & fidei libertate: quam etiam- num Catholicæ præ ceteris qui sub Turcarum vi- vunt imperio, retinent: non quod Turcæ nō con- fiteantur, nouas illas religiones maiorem cum Ma- hametismo suo habere similitudinem (quam uno sequentium capitum summatim ostendam (sed quod omnis nouitas hostes, eam potissimum re- ligionem tolerandam sibi statuunt, quæ iam olim in Imperatoris sui ditione fuit admissa. Eam vero

potissimum ob causam Turcæ hæreticos oderunt quod quum omnes religiones in toto Mundo, etiam Mahometana corporis castigationes, vita au- steritatem & ciborum abstinentiam pro atticulis fere religionis & sanctæ animæ testimonij habeant, illi tamen sciuntio, precibus & pœnitentiæ pa- rum admodum tribuant. Atque hanc ob causam Turcæ nouos sibos Christianos, Chianpech, id est, Canes appellare solent.

III. Primus qui Hungariam Lutherana infecit hæresi, Michael Starius fuit, Melanchthonis disci- pulus. Hic cum sua farinæ hominibus latibula pri- mum sibi quæsuerunt in ijs montibus qui Polo- niam, Moraviam & Russiam ab Hungaria separat, ut & in oppido Gassouia & alijs eorum locorum; iisdem vi artibus quibus alij, qui in reliquis Chri- stiani orbis prouincijs hæreses disseminarunt. Postquam enim dulcibus suis & magnam pieratis speciem habentibus verbis, ut quibus nihil in ore siquenitus quam Christi Domini & Divini Verbi nomen, plerosque illexerunt, id vnicce elabo- rando, ut vna cum nouis suis dogmatis non minus acerbum Papæ odium eorum ammis imprimeat, quod contra Turcam illantea habebant. Ex quo factum est, ut plares, relista antiquæ religione, noua Lutheri & Melanchthonis commenta sequuti- scholis suis Magistros è Germania venientes præ- ficerint, aut liberos suos VVitebergam & Norim- bergam misserint. Mox vero & in publicis concio- nibus, & in scholis & circulis etiam noua doctrina spargi coepit. Ferdinandino ne quicquam etiam prin- cipijs morbi remedium affere cupiente: qui inua- lescens postea, & totum corpus peruadeos, tam- quam gangrena etiam ad viscera tandem & cor ipsum penetravit.

IV. Meo iudicio non errant qui corruptionem hanc Episcoporum ignavæ imputandam putant, qui scholas diocesces suarum collapsas & tantum non eueras instaurare nihil pensi habuerunt. Nam & lauarinum, & Posonium, & Tirnauia vix um- bram aliquam præstinxæ celebritatis & frequentiaz retinuerunt, econtra hæretici in nouis passim scholis & Academijs constituerunt, nullis sumitibus aut laboribus parcebant: quæ vna redici vix potest quæcunque res suas promoverint. Adolescentibus quibus ad studia sumitus debeat, ex publico sub- ministrabantur, quin & visitira a locupletioribus contribuebantur. Sic in Cyclopum istoru scholis nigrae & pestiferæ scientiæ iuuentutis animis in- stillabantur, ut miseri Hungari, quæ ipsi tradieba-

tus.

eur, doctrinam, tanto tenacius retinerent. Calu-
nisti certe postquam Varadinum suæ potestatis
fecissent, candem rationem sequuti, nihil quod ad
alliciendos hominum animos pertineret, præter-
misserunt. Ex omnibus tamen nihil hæresim magis
promovit quam tot Episcoporum, Archimandri-
tarum, & Ecclesiasticorum tam diuturno contra
Turcas bello ab iumentorum decessus, & eorum qui
superstites adhuc erant, in opia, quum auctoritate
viribus destituta hæreses imperium cohibere nul-
lo modo possent. Etsi enim adhuc etiam multi in
Hungaria Episcopi esse dicantur, ijs tamen nomen
tantum & dignitatem tanti munera sustinent, o-
pibus interea Episcopatum ad usum militares di-
stributis: adeo ut ipsi etiam non raro pro pedo lan-
cem, & pro pacie baculo bellicam clavam sumere
cogantur. Est enim ibi motis, ut quoties Rex ipse
ad bellum proficeretur, Episcopi cum suis eum co-
pijs comitentur. Vnde sit ut totus pene ordo Ec-
clesiasticus militum aliquis potius manipulus, ca-
stris quam Ecclesia propugnanda magis idoneus
videri possit. Magistratum olim apud Romanos
ratitatem pro sinistro nomine seu augurio quidam
interpretati sunt: ut nos meliori iure dicere possumus
omoium miseriarij & calamitatem quæ
Hungaria regnum penitus affixerunt, caput &
fontem ex Prælatorum & Catholicorum Docto-
rum vel penuria vel secordia, aut etiam imbecilli-
tate erupisse. Nam & pluribus in locis Episcopa-
les Ecclesiæ plerique multos annos Pastoribus
caruerunt. Quin & Metropolitica & Archiepisco-
palis sedes plus quam viginti quinque annis vaca-
uit: quum post mortem Antonij Verantij de Dal-
matia Maximilianus nullo successore designato,
opes Archiepiscopatus in belli usus convertisset.
Idem postea de Agriensi Episcopatu factum qui v-
na cum multis alijs, tandem in Turcum manus
pervenit. Quam multæ Abbatiæ & Prioratus vel
militibus diuersarum religionum stipendio, vel
Nobilibus prædæcesserunt, ne tenui quidem, in
quorum usum antiquitus fundati fuerant, Eccle-
siasticorum fængendorum munera reliquo vesti-
gio. Non melior Transyluania fuit conditio, ubi
Lutherani, Arriani & Calvinistæ Ecclesiastica bo-
nainuolarunt, & in mille partes disciderunt, sic ut
intota regione vix duo integri Episcopatus re-
stent. Quin etiam Episcopos hæresi opponere se-
volentes, Nobilitas, prædæ particeps, deseruit, &
debito auxilio frustravit. Sic Nicolaus Telegdius
Quinquecclesiensis Episcopus, quum acerrime

Lutheranis & Antitrinitarijs aliquamdiu restituis-
set, ab ijs à quibus adiuuati debebat desertus,
hostibus tandem ludibrio & præda fuit. Post
multas tandem miseri populi querelas & lachry-
mas, & saepe iteratas generalis Ecclesiæ Vicarij
admonitiones, ut perditis pæne ouibus fideles
Pastores darentur efflagitantis, Imperator Ru-
dolphus Anno MDXCIIX quosdam ad Episco-
patus illos designauit, sed ea conditione, ut certas
annuas pæsiones in usum bellis subministrarent. Sic
Archiepiscopatus Strigoniensis Ioāni Ruttasio da-
tus fuit, ealege ut septingentos milites in castris, ite-
que trecentos in præsidij aleret. In alijs dē factū.
V. Porro qui primus Catholicis in Hungaria
apertum bellum intulit, militum dux fuit, Hun-
garus natione. Hic quum Agriam fortiter defen-
disset, & Achmatei Bassam cum ignominia obsi-
ditionem soluere coegeret, quasi Deo gratias pro
tanto beneficio acturus, Lutheranos qui cum
primum glisebant, impulsu, monachos Francisc-
canos sua ipsius auctoritate ex urbe eiecit; illos ip-
sos, qui durante obsidione dies noctesque pro fa-
lute populi a siduis votis Deum fuerant deprecati.
Triste sane, adeoque ipsis Turcis horrendum fuit
spectaculum, videre miserum monachum cruci, in
qua Salvatoris erat imago, alligatum, nec lancea a
liqua confossum aut clavis transfixum, sed letat-
be, subtracto cibo, miserime deficientem ac mor-
tientem; eò tātum quod martyrium pati quam ex-
filium maller. At dignam tanto scelerem postea tam
barbari atque immensis supplicij auctor mercedem
acepit, variante fortuna a Turcis captus, & Con-
stantinopolim perductus, paloque infixus. Bo-
ni vero isti religiosi à nouis Euangelicis quum hic
tum alibi male habiti & expulsi, apud ipsos infi-
deles plus favoris & gratiarum quam apud hosce
Christians repererunt. Eos enim quos Agria eie-
tos diximus, Achmates Bassa Budam admisit: So-
limanus vero inter optimos Principes numeran-
dus, si Euangelij de Iesu Christo luce collustra-
tus fuisset, ijsdē, ut & alijs ob eandem causam pul-
sis, tria loca assignauit, in quibus Christianam reli-
gionem libere exercerent. Nihil eidem gratius
fuisse dicunt, quam quod Lutheranos in hostium
suorum imperio tanto numero succrescentes vi-
deret; à quibus aditum fibi ad res prospere geren-
das, & quod reliquum erat Christiani orbis occu-
pandum, apertum iti non ignorabat: quostanea
in suo imperio ferre non poterat, tamquam om-
nis rebellionis & seditionis fomites atque au-
tores